

Sujet 1 de Guy Lobrichon  
**Testament d'Evrard de Frioul**

De libris etiam capellae nostrae divisionem inter eos facere volumus.

In primis volumus, ut Unroch habeat Psalterium nostrum duplum, et Bibiam nostram, et librum S. Augustini de Verbis Domini, et librum de lege Francorum, et Ripuariorum, et Langobardorum, et Alamanorum, et Bavariorum, et librum rei militaris, et librum De diversis sermonibus, qui incipit de Elia et Achab, et librum De utilitate poenitentiae, et librum De constitutionibus Principum, et Edictis imperatorum, et Synonima Isidori, et librum de quattuor virtutibus, et Evangelium, et librum bestiarum, et Cosmographiam Ethici philosophi. Berengarius aliud Psalterius volumus ut habeat, cum auro scriptum, et librum De civitate Dei S. Augustini, et De verbis Domini, et Gesta pontificum Romanorum, et Gesta Francorum, et librum Isidori, Fulgentii, Martini, episcoporum, et librum Ephrem, Synonima Isidori, et librum Glossarium, et explanationis, et dierum.

Adalardus tertium Psalterium volumus ut habeat, quod ad nostrum opus habuimus, et expositionem super epistolas Pauli, et librum S. Augustini De verbis Domini, et super Ezechielem prophetam, et Lectionarium de epistolis et Evangelis cum auro scriptum, et vitam S. Martini, et librum Aniani, et volumen septem librorum magni Orozii Pauli, et librum S. Augustini, Hieronimi Presbiteri, de hoc quod Jacobus ait: " Qui totam legem servavit, et in uno offenderit, factus est omnium reus ".

Rodolphus volumus ut habeat Psalterius cum sua expositione, quem Gisla ad suum usum habuit, et Smaragdum, et Collectaneum, et Fulgentium, et Missale cottidianum, quod semper in nostra Capella habuimus, et vitam S. Martini, et Physoniam Lopi Medici, et ordinem priorum Principum.

Primogenita etiam filia mea Engeltrud volumus ut habeat librum qui vocatur Vitas Patrum, et librum qui appellatur Liber de doctrina S. Basilidis, et Apollonium, et Synonima Isidori.

Judith volumus ut habeat missale unum, et librum unum, qui incipit a sermone S. Augustini De ebrietate, et legem Langobardorum, et librum Alcuini ad Widonem comitem.

Heilwich volumus ut habeat Missale unum, et Passionalem et librum Orationum cum Psalmis, et libellum De orationibus.

Gisla volumus ut habeat librum De quattuor virtutibus, et Enchiridium S. Augustini.

Everard de Frioul, *Testament*, pp. 1-5. Source : *Rete medievali* (site du Département d'Histoire de l'Université de Venise).

Traduction française (GL)

Voici les livres de notre chapelle que nous voulons distribuer.

Nous voulons en premier lieu que Unroch aie notre psautier double, notre bible, le livre de saint Augustin sur les paroles du Seigneur, le livre qui contient les *Lois* des Francs, des Ripuaires, des Lombards, des Alamans et des Bavaois, le livre *Sur l'art militaire*, le livre des *Sermons variés* qui commence par « De Elia et Achab », le livre *De l'utilité de la pénitence*, le livre *Des constitutions des princes et des édits des empereurs*, les *Synonymes* d'Isidore, le livre *Des quatre vertus*, l'Évangélaire, le *Livre des animaux* et la *Cosmographie* du philosophe Aethicus.

Bérenger aura l'autre Psautier copié en lettres d'or, le livre *De la cité de Dieu* de saint Augustin et <les sermons> sur *Les paroles du Seigneur*, les *Gestes des papes de Rome*, les

*Gestes des Francs*, le livre qui contient les œuvres des évêques Isidore, Fulgence et Martin, le livre d'Ephrem, les *Synonyma* d'Isidore, le *Glossaire* et le commentaire du livre des Proverbes ( ? Ou : « le *Glossaire* et son explication et un calendrier »).

Adalard aura le troisième psautier que nous gardions à notre usage, le *Commentaire sur les Epîtres de Paul*, le livre comportant saint Augustin *Des paroles du Seigneur* et un *Commentaire sur le prophète Ezéchiel*, le lectionnaire des Epîtres et des Evangiles écrit en lettres d'or, la *Vie de saint Martin*, le Livre d'Aniane, le volume contenant les Sept livres de Paul Orose, le livre de saint Augustin et du prêtre Jérôme sur ce que dit Jacques 'Celui qui observe la Loi entière mais pèche contre un seul commandement devient coupable de tous'.

Raoul aura le Psautier commenté qui appartenait à Gisla, l'œuvre de Smaragde, le *Collectaneum*, le livre de Fulgence, le missel quotidien qui était attaché à notre chapelle, la *Vie de saint Martin*, la *Psysiognomonie* du médecin Lossus et le *Catalogue des anciens princes*.

Ma fille aînée Engeltrude aura le livre intitulé les *Vies des Pères*, le livre qu'on appelle le *Livre des enseignements de saint Basilide*, l'histoire d'Apollonius et les *Synonymes* d'Isidore.

Nous voulons que Judith ait un missel, le livre qui commence par le sermon de saint Augustin *Sur l'ivresse*, la *Loi des Lombards* et le livre d'Alcuin au comte Guy.

Heilwich aura un missel, le *Passionnaire*, un livre de prières avec les psaumes et le petit livre d'oraisons.

Gisla aura le livre *Des quatre vertus* et l'*Enchiridion* de saint Augustin.

Cf. Pierre Riché, « Les bibliothèques de trois aristocrates laïcs carolingiens », *Le Moyen Âge*, 1983, p. 87-104.

**Document 2. Raban Maur, *De rerum naturis*, Livre 2, chap. 2 (P.L. 111, col. 35-36 et 47-48)**

(col. 35) Abram primo uocatus pater uidens populum propter Israhel scilicet tantum postea appellatus est Abraham quod transfertur pater multarum gentium quod erat adhuc per fidem futurum. Gentium autem non habetur in nomine sed subauditur iuxta illud: *Erit nomen tuum Abraham quia patrem multarum gentium posui te*. Abraham quippe triplicem habet significationem in semetipso. Primam saluatoris quando relicta cognatione sua uenit in hunc mundum; alteram patris quando immolauit unicum filium; tertiam uero quod figuram gestat sanctorum qui aduentum Christi cum gaudio susceperunt. Tabernaculum enim illud Abrahae ipsam Hierusalem habuit ubi pro tempore prophete et apostoli habitauerunt, ubi et dominus primum adueniens a credentibus susceptus ab incredulis in ligno suspensus est. In tribus autem uiris qui uenerunt ad illum domini nostri Iesu Christi pronuntiatur aduentus. Cum quo duo angeli comitabantur quos plerique Moysen et Helias accipiunt, unum prisce legislatorem qui per eandem legem aduentum indicauit, alium qui in fine mundi uenturus esse denuntiatur et secundum aduentum Christi atque eius euangelium Iudeis predicaturus. Vnde et in monte dum dominus fuisset transfiguratus hi duo Moyses et Helias cum eo ab apostolis uisi sunt. Quod uero Abraham tres uidens unum adorauit dominum scilicet saluatorem ostendens cuius iam aduentus est prestolatus iuxta quod etiam dominus in euangelio ait. *Abraham quaesiuit uidere diem meum uidit et gauisus est*. Duas autem uxores quas habuit Abraham id est liberam et ancillam apostolo docente duo esse testamenta didicimus ex quibus duo populi hoc est Iudaeorum et ecclesiae nati sunt.....

(col. 47) <Ioseph...> Pharao Sephaneth appellauit quod Ebraice absconditorum repertorum sonat pro eo quod obscura somnia reuelauit et sterilitatem praedixit. Tamen quia hoc nomen ab Aegyptio ponitur ipsius linguae debet habere rationem. Interpretatur ergo Sephaneth Aegyptio sermone saluator mundi eo quod orbem terrae ab imminente famis excidio liberaret. Quod autem Ioseph a fratribus uenditus in Aegypto sublimatur redemptorem nostrum significat a populo Iudaeorum in manibus persequentium traditum et nunc in gentibus exaltatum. Cui pater in benedictione sua ait: *Ioseph filius accrescens et decorus aspectu. Filiae discurrerunt super murum sed exasperauerunt eum et iurgati sunt. Inuiderunt qui illi habentes iacula* et cetera. Haec prophetia post passionem domini paterna uocis imaginem praetulit quia redeuntem in caelum post uictoriam Christum pater alloquitur dicens: *Filius accrescens*. Ioseph filius accrescens utique in gentibus quia cum ob incredulitatem synagogae populum reliquisset innumeram sibi plebem ecclesiae ex omnibus gentibus ampliauit, quod et Dauid cecinit dicens: Remiscentur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae. Filius accrescens et decorus aspectu. Omnes enim superat illius pulchritudo iuxta quod de ipso in Psalmis canitur: Speciosus forma prae filiis hominum. Filiae discurrerunt super murum id est uel ecclesiae quae crediderunt in Christum. Hae super soliditatem fidei quasi super murum amore pulchritudinis Christi accensae discurrunt ut uerum sponsum per contemplationem aspiciant et osculo caritatis illi copulentur atque adhaereant. Sed obiurgati sunt eum quando falsis testimoniis calumniantes secundum domini opprimere synagoge populi cogitauerunt. Inuiderunt illi habentes iacula. Neque enim quisquam in Ioseph coniecit sagittas uel aliquod uulneris telum sed hoc specialiter euenit in Christum sedit in forti arcus eius. Christus enim arcum suum et arma posuit in deo qui fortis est propugnator cuius uirtute concidetur omnis nequitia perfidorum et de soluta sunt uincula brachiorum eius quibus fratres eum uinctum ad Pilatum duxerunt uel quibus eum suspensum in ligno crucifixerunt. Rescissa sunt enim per manum dei omnipotentis Iacob hoc est per manum omnipotentis dei Iacob ex cuius femore ipse dominus bonus pastor egressus est lapis et firmitas credentium in Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus. Quis adiuuit filium nisi solus deus pater. Qui dixit Iacob puer meus suscipiat eum anima mea et omnipotens benedicet tibi benedictionibus caeli desuper benedictionibus abyssi ia-(col. 48)-entis deorsum. Universa enim subiecit ei celestia per benedictionem caeli et terrae per benedictionem abyssi iacentis deorsum. Vt omnibus angelis et hominibus dominaretur. Benedictionibus uberum id est siue duorum testamentorum quorum altero nuntiatus est altero demonstratus. Siue benedictionibus uberum Mariae quae uere benedicta erant quia isdem sancta uirgo de se potum lactis inulsit. Vnde et illa mulier in euangelio ait: Beatus uenter qui te portauit et ubera quae suxisti. Benedictionibus uberem et uuluae etiam hic benedicatur et uulua eiusdem matris. Illa utique uirginalis quae nobis Christum dominum edidit. De qua per Hieremiam prophetam dicitur: Priusquam te formarem in utero noui te et antequam exires de uulua sanctificaui te. Benedictiones patris tui confortate sunt in te

benedictionibus patrum tuorum Benedictiones inquit patris tui caelestis quae datae sunt tibi a summo caeli et abyssi confortatae sunt. Idem preualuerunt benedictionibus patrum tuorum. Ultra omne enim sanctorum meritum patriarcharum conualuit benedictio omnipotentis patris in filio ita ut ei nullus sanctorum aequetur donec ueniret desiderium collium aeternorum. Colles isti sunt sancti qui Christi aduentum prophetantes magno cum desiderio incarnationem eius expectauerunt. De quibus dominus dicit: Quia multi iusti et prophetae cupierunt uidere quae uidetis. Hi ergo sancti dicti sunt colles propter excellentiam sanctitatis qui etiam aeterni uocantur quia uitam consecuntur aeternam nec intereunt cum mundo sed esse creduntur aeterni. Fiant in capite Ioseph omnes scilicet benedictiones iste super caput Christi ponuntur quas incarnatus accepit. Et super uerticem Nazarei de quo scriptum est. Quoniam Nazareus uocabitur id est sanctus dei inter fratres suos quia ipse est caput

Traduction (partielle) :

Abraham fut d'abord appelé Abram, c'est-à-dire 'père voyant le peuple', à cause du seul Israël ; il reçut ensuite le nom d'Abraham qui se traduit 'père de nombreuses nations', car ce qu'il était alors, il le deviendrait par la foi. Les nations ne sont pas évoquées par son nom lui-même, mais elles sont sous-entendues par ceci : 'Tu t'appelleras Abraham, parce que je t'ai établi père de nombreuses nations'. Abraham porte en lui-même une triple signification. Il signifie d'abord le Sauveur, qui, quittant sa parenté, vint en ce monde. Il signifie en second lieu le Père qui immola son fils unique. Il est enfin la figure des saints qui ont accueilli avec joie la venue du Christ, car la tente d'Abraham fut Jérusalem où habitèrent longtemps les prophètes et les apôtres, où le Seigneur vint, fut reçu par les croyants et fut crucifié par les incrédules. Les trois hommes qui vinrent trouver Abraham prophétisent la venue de notre Seigneur Jésus Christ. Dans les deux anges qui accompagnèrent Abraham, on reconnaît en général Moïse et Élie : l'un fut le premier législateur qui annonça par sa Loi l'Incarnation ; le deuxième doit revenir à la fin de ce monde pour prêcher aux Juifs la deuxième venue du Christ et l'Évangile. C'est pourquoi, lors de la Transfiguration, les apôtres virent Moïse et Elie aux côtés du Christ. Abraham vit trois personnes et adora un seul : autrement dit il montre le Seigneur qui sauve et dont la venue est désormais acquise, selon ce que dit le Seigneur dans l'Évangile : « Abraham a voulu voir mon jour, et il fut comblé de joie ». L'Apôtre nous enseigne que les deux femmes d'Abraham, c'est-à-dire la femme libre et l'esclave, sont les deux Testaments d'où sont nés deux peuples, celui des Juifs et l'Église...

Joseph (signifie accroissement) ; Pharaon l'appela Séphaneth, ce qui en hébreu signifie (l'homme) des choses cachées et retrouvées, parce qu'il élucida des songes obscurs et annonça la sécheresse. Mais ce nom qui vient de l'égyptien doit avoir un sens dans cette langue. En égyptien, Séphaneth signifie 'sauveur du monde' parce qu'il libérerait la terre entière de la ruine causée par une famine imminente. Joseph vendu en Egypte par ses frères signifie notre rédempteur livré par le peuple des Juifs aux mains des persécuteurs et aujourd'hui exalté parmi les nations. Lorsqu'il le bénit, son père dit : 'Mon fils fertile, Joseph est le rejeton fertile, de beau visage. Les filles se sont élevées au-dessus de la muraille. Elles l'ont provoqué, ...' Cette prophétie annonçait la parole véridique du Père, après la Passion du Seigneur, car lorsque le Christ revint au ciel après sa victoire, le Père parla en ces termes : 'Mon fils fertile, Joseph, rejeton fertile' parmi les nations parce que, à cause de l'incrédulité du peuple de la Synagogue, il agréa à lui la foule innombrable de l'Église, venue de toutes les nations, comme David l'avait chanté 'Que tous les confins de la terre se souviennent et se convertissent'...